

491. Richiesta di aiuto per Tolomeo Maggiore e Antioco

Senatus quin exterarum gentium legationes audiret non recusavit, cum impedire vellet ne Antiochus, Syriorum rex, Alexandria potiretur. Primi Alexandrini legati vocati sunt a Ptolomaeo et Cleopatra missi, qui ne libertatem amitterent timebant. Antiochus, qui hospes Romae fuerat, per honestam speciem (con il pretesto) maioris Ptolomaei reducendi in regnum, cum minore fratre eius, tum Alexandriam tenente, bellum gerebat; quin etiam, tumultuario opere ponte per Nilum tacto exercituque transducto, paulum afuit, quin urbem occuparet. Legati questum venerant et oratum, ne senatus opem ferre dubitaret. Dicebant enim ea merita populi Romani in Antiochum, eam apud omnes reges gentesque auctoritatem esse, ut, si Antiochum revocassent, se dubitare non posse, quin Antiochus extemplo abscessurus esset a moenibus Alexandriae abducturusque exercitum in Syriam esset. Moti patres precibus eorum, statim legatos Alexandriam miserunt, a quibus Antiochus bellum producere prohibitus est.

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) parziale (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

492. Rapporti di Attico con Ottaviano e Antonio

Caesar Octavianus numquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret, in primis quid legeret quibusque in locis et quamdiu esset moraturus. Etiam, cum esset in urbe et propter infinitas suas occupationes minus saepe quam vellet, Attico frueretur, nullus dies intercessit, quin ad eum scriberet, cum modo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquam quaestionem poeticam ei proponeret, interdum iocans eius verbosiores eliceret epistulas. Ex quo accidit, cum aedis Iovis Feretrii in Capitolio, ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Caesar eam reficiendam curaret. Neque vero a Marco Antonio minus litteris colebatur, adeo ut accurate ille ex ultimis terris, quid ageret, quid curae sibi haberet, certiolem faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui iudicare poterit, quantae sit sapientiae retinere usum benivolentiamque eorum, qui in re publica principes existimantur.

Cornelio Nepote

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) parziale (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

493. La pena di morte va abolita

Maiores nostri, patres conscripti, neque consili neque audaciae unquam eguere; neque illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt. Postremo, quod ubique apud socios aut hostis idoneum videbatur, cum summo studio domi exequabantur: imitari quam invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore Graeciae morem imitati verberibus animaduertebant in civis, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam res publica adoleuit et multitudine civium factiones valuere, circumvenire innocentes, alia huiusce modi fieri coepere, tum lex Porcia aliaeque leges paratae sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Hanc ego causam, patres conscripti, quo minus novum consilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus atque sapientia maior illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.

Sallustio

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) parziale (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
voto		

494. Fertilità della terra italica

Cum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene, ad meridiem versus et ad septentriones, et quoniam sine dubio salubrior pars septentrionalis quam meridiana inique est Italia, dicendum magis eam fuisse opportunam ad colendum quam Asiam, primum quod est in Europa, secundo quod haec temperatior pars quam interior. Nam intus paene sempiternae hiemes, neque mirum, quod sunt regiones inter circulum septentrionalem et inter cardinem caeli, ubi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. Itaque in Oceano in ea parte ne navigari quidem posse dicunt propter mare congelatum. Illic in semenstri die aut nocte quem ad modum quicquam seri aut alescere aut meti possit? Contra quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit? Quod far conferam Campano? Quod triticum Apulo? Quod vinum Falerno? Quod oleum Venafro? Non arboribus consita Italia, ut tota pomarium videatur?

Varrone

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) parziale (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	

495. Una tremenda tempesta danneggia le navi di Cesare

Eadem nocte accidit, ut esset luna piena, qui dies maritimos aestus maximos in Oceano efficere consuevit, nostrisque id erat incognitum. Ita uno tempore et longas naves, quibus Caesar exercitum transportandum curaverat quasque in aridum subduxerat, aestus complebat et onerarias, quae ad ancoras erant deligatae, tempestas adfligebat, neque ulla nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur. Compluribus navibus fractis reliquae cum essent funibus ancoris reliquisque armamentis omissis ad navigandum inutiles, magna, id quod necesse erat accidere, totius exercitus perturbatio facta est. Neque enim naves erant aliae quibus reportari possent, et omnia deerant, quae ad reficiendas naves erant usui et, quod omnibus constabat hiemari in Gallia oportere, frumentum his in locis in hiemem provisum non erat.

Cesare

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) parziale (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
voto		

497. La politica è servizio

Omnino qui rei publicae praefuturi sunt: unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut, quaecumque agunt, ad eam referant obliti commodorum suorum, alterum, ut totum corpus reipublicue curent, ne, dum partem aliquam tumentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio rei publicae ad eorum utilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est; qui autem parti civium consulunt, partem neglegunt, rem pemiciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit ut alii populares, alii studiosi optimi cuiusque videantur, pauci universorum. Hinc apud Athenienses magnae discordiae, in nostra republica non solum seditiones, sed etiam pestifera bella civilia; quae gravis et fortis civis et in republica dignus principatu fugiet atque oderit, tradetque se totum rei publicae totamque sic tuebitur, ut omnibus consulat.

Cicerone

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO  
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	.....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) parziale (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	.....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	.....
	voto	